Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36544
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

munus habet primo discere. deinde docere. quanto magis oportet eos qui
eruditores se profitentur animarum. primo discere et ita docere. ne cum ipsi
sint imperiti ridiculum videantur. si alius se profiteros scientiam repromit
tant. Tum symon. in arrubo inquit his quibus usus communis habet. verum
est quod unum quisque nisi didicerit nesciat. in nubo autem scientie statum ut audierit
quisque didicerit. Et petrus. siquidem pro ordine et consequenter audiat potest scire
quod verum est. Sed quemadmodum ut regula. conversationisque castioris
suscipere recusat. que utique sequela est scientie veritatis. scire se quod scit
non vult fateri. Sicut etiam non nullos videmus quasi a puero didice
rant derelictis/ad alios se actus transferunt et ut excusatio sit eis desi
die sue culpare. ob hoc incipiunt arte velut infructuosa. Et symon.
Deberent omnes audientes credere verum esse quod audiunt. Tum petrus.
quia audierunt pro ordine sermone veritatis contradicere omnino non
possunt. sed scium verum esse quod dicitur. si tamen libenter etiam ut re
instituta suscipiant. Hos autem quos audientes ad bona opa conferre
se piget. male agendi libido acquiescere his que recta iudicant non
sinit. Unde ostenditur positum esse in auditorum potestate eligere utrum
malint. Quod si omnes quia audiunt obedirent/natura magis esset necessi
tas que una omnis ageret via. Sicut enim suaderi quisque non potest ut fiat
brevior aut longior: quam non sinit vis natura. ita et aduertatur si
omnis verbo contineretur. aut omnis non contineretur. natura erat vis
que cogebat verbo omnis continere aut nullum omnino continere. Et sy
mon. Hoc quoque nos quod primo oportet discere eum qui veritate scire de
sideratur. Et petrus. Ante omnia inquit queri oportet. quod sit homi
ni querenti invenire possibile. necesse est enim iudicium dei in hoc esta
re si potuit homo bonum facere et non fecit. Et iudo querendum est homi
nibus si habeant in potestate sua. querentes invenire quod est bonum
et cum invenerint facere: Hoc enim est pro quo iudicandi sunt. Am
plius autem his solum scire fas est ypham. et merito. quod enim opus est